



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 31. Joannes Oxoniensis Romæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. Ludovici Regis ærario liberaliter sustentatus. Quoties vero Ludovicus Senones divertebat, postquam orandi caula Ecclesiam adiisset, Archiepiscopum invisebat, diu sermonem conferebat, & in arduis negotiis consilia dantem auscultabat, nempe virum in gerendis Reipublicæ rebus exercitatum.

§. XXXI.

Joannes Oxoniensis Roma.

Paucis post diebus, ex quo Thomas Archiepiscopus Senones pervenerat, ejus Legati, Roma reversi, certiorem fecerunt, duos Cardinales sine mora venturos, qui pacem reducere conarentur. Joannes Oxoniensis quoque, a Rege Angliæ Romam missus rediit, fastuose jactans, Legatos Sedis Romanæ propediem adfuturos, ut Regis honorem & gloriam defenderent, Archiepiscopi contra arrogantium retunderent.

Res vero ita se habebat: Joannes Oxoniensis, cum Romam pervenisset, ingentem vim auri, a Rege Angliæ sibi commissi, profudit, quo Cardinales corrumperet. Nec aurum perdidit, quippe complures pervertit; ea namque de re conquesti sunt exinde S. Thomas & Joannes Episcopus Pictaviensis, qui dicebat, in Regia audita fuisse recitari nomina illorum Cardinalium, qui munera repulissent,

II. ep. 21.

ep. 32.

sent, item illorum, quibus pecunia carior Sæcul. XII.
 fuisse quam justitia, & in numero fuisse, A.C. 1166.
 quantam quisque accepisset. Porro
 inter illos, quorum integritas vinci non
 potuit, fuere Cardinales Humbaldus &
 Hyacintus, quod ex Epistola S. Thomæ II. ep. 58.
 ad eos data cognoscimus. Postquam
 autem Joannes Oxoniensis Cardinalium
 animos tentasset, omnem operam ad
 fallendum etiam Alexandrum Papam stu-
 diose convertit. Dicebat ad Pontificem,
 facile posse concordiam redire inter I. ep. 164.
 gem & Archiepiscopum, si quis esset, qui II. ep. 102.
 eam revocare conaretur, promittebatque,
 te nihil intentatum relictum esse, quo
 tam salutare negotium perficeret. Præ-
 terea jurejurando affirmabat, se in Con-
 ventu Herbipolensi nihil egisse, quod
 Fidei Ecclesiæ, honori, commodisve Sum-
 mi Pontificis adversaretur. Tum Papæ
 Regis Angliæ Epistolam reddidit, in qua
 rogabat Alexandrum, ut Oxoniensi Le-
 gato suo, non secus ac si ipse coram lo-
 queretur, fidem haberet. Itaque vi-
 mandatorum suorum Oxoniensis totam
 litem inter Regem & Archiepiscopum
 de Consuetudinibus Angliæ Judicio Pon-
 tificis commisit. Ipse eas approbaret
 vel damnaret, ipse reconciliationis cum
 Archiepiscopo conditiones præscriberet.
 Idque rursus jurejurando confirmavit,
 ac tandem a Papa obtinuit, ut in hunc
 finem

Sæcul. XII.
A.C. 1166.

finem Legatos mitteret. In iis vero quæ ad ipsum Joannem Oxoniensem pertinebant, non solum absolutionem ab excommunicationis sententia, quam Archiepiscopus in eum tulerat, impetravit, sed etiam illud, ut sibi confirmaretur possessio Decanatus Saresberiensis, quem ut saltē species sinceri animi esset, manus Pontificis resignavit. Ita accepto a Papa in pignus amicitiae annulo, triumphanti similis, recessit.

§. XXXII.

Colloquium cum Mathilde Imperatrice.

I. ep. 53.

In itinere Oxoniensis ad Mathildem Imperatricem Regis Henrici Matrem divertit, cuius animum in Archiepiscopum Cantuariensem aceensurus ajebat; Archiepiscopum Cantuariensem, quæcumque ageret, cupiditate & ambitione duci, Episcopos ei addictos amorem Ecclesiasticæ libertatis obtendere, ut immensas augerent divitias. Reis enim, adjiciebat, qui in Anglia ad Episcopos deferuntur, non injungitur pænitentia Canonica, sed pecunia extorquetur. Ex eo autem cognoscere potes, Domina, Thomam Spiritu Dei non agi, quod in Pontificatus sui auspiciis non consiliarios & familiares sibi adlegerit viros piros, sed nobiles